PROF. HEINRICH UFFELMANN

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1641 in Verden
Gestorben	1680 in Lüneburg
Kurzvita	Phil. Prof. d. Ethik in Helmstedt (1665–1677); Theol. ao. Prof. in Helmstedt (1677); Pastor der St. Michaelis-Kirche und Schulinspektor in Lüneburg (1677–1680);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: M(agister) Henricus Uffelmann Verdensis (30.09.1661)
Ehefrauen	Anna Catharina Uffelmann geborene von Felgen, Heirat 1668
Quelle	Ahrens 2004, S. 238 f.
GND	https://d-nb.info/gnd/122124464
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-227-uffelmann

Lehrstühle

1665–1677 Lehrstuhl für Ethik, Helmstedt

1677–1677 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

Ämter

1677–1680: Lüneburg, Pastor i. d. St. Michaelis-Kirche

1677–1680: Lüneburg, Schulinspektor

Vorlesungen (56)

[...] Privatim quoque B.D. Horneji Disputationes Ethicas, ex laudato isto Opere peregregie concinnatas ad optimorum aliquot juvenum petitionem, se Praeside, excutiendas proponet; iis itidem, qui publice disputando exercere se volent, neutiquam defuturus., Wintersemester 1665/1666

Henricvs Vffelmannvs, Aristotelei ad Nicomachum Operis interpretationem, quam non ita pridem exorsus est, studiose diligenterque continuabit, atque hoc semestri, Deo juvante, ad finem perducet. [...] Docet hora IX., Wintersemester 1665/1666

[...] His absolutis, quod brevi fiet, ne sint, qui negligi se merito conquerantur, Philosophiam Moralem compendiaria ratione tradet, varij quoque argumenti Disputationes publice excutiendas propositurus., Sommersemester 1666

Henricvs Uffelmannvs in Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum interpretatione strenue progredietur, eorumque singulos Libros singulis Disquisitionibus publicis, quarum nuper initium fecit, deinceps subjiciet. [...] Docet hora IX., Sommersemester 1666

[...] Publicum quoque disputandi per intervalla exercitium continuabit, & tractatum de jure, quo homo homini in sermone obligatur, publicabit., Wintersemester 1666/1667

Henricvs Vffelmannvs, absolutis nuper Aristotelis ad Nicomachum libris, Tabellas Ethicas Venerabilis Collegae Dn. D. Cellarii auditoribus suis praelegere coepit, quarum explicationem nunc porro urgebit, & paucos intra menses cum Deo propitio ad finem perducet. Praecipuas deinceps &

selectas controversias Morales paullo prolixius pertractabit. [...], Wintersemester 1666/1667

[...] In domestico auditorio lectorium, examinatorium, ac disputatorium lectorium, examinatorium, ac disputatorium exercitium quotidiana adsiduitate porro urgebit, quo absoluto eadem ratione, si auditoribus ita placuerit, Civilis Prudentiae scholam explicabit: variiquoque argumenti Disquisitiones & prae caeteris illas, quae restant, de Jure quo homini homo in sermone obligatur, publice propediem excutiendas proponere, non intermittet., Sommersemester 1667

Henricvs Vffelmannvs praecipuas Moralis scientiae controversia, quas nondum auspicari potuit hoc semestri cum Deo propitio expediet, Aristotelem potissimum adversus tum veteres tum novos temeratores strenue propugnaturus. [...], Sommersemester 1667

Henricvs Uffelmannvs in Controversiis potioribus, quae in Philosophia Morali occurrunt, tractandis progredietur. [...], Wintersemester 1667/1668

[...] Politicas diatribas non ita pridem inchoatas privatim strenue urgebit. [...], Wintersemester 1667/1668

[...] Sed & publice disputaturis operam suam lubens commodabit., Wintersemester 1667/1668

Henricvs Vffelmannvs pulcherrimum Nicomachiorum Volumen de integro qua poterit accurata perspicuitate interpretabitur. [...] Docet hora nona., Sommersemester 1668

[...] Domi quoque Politicorum Aristotelis analysin impigre continuabit. [...], Sommersemester 1668

[...] Eosdem deinceps libros sive publice [...] excutiendos proponet. Quin etiam de aliis argumentis seorsim disputare non intermittet., Sommersemester 1668

[...] Eosdem deinceps libros [...] sive privatim excutiendos proponet. Quin etiam de aliis argumentis seorsim disputare non intermittet., Sommersemester 1668

Henricvs Vffelmannvs librorum Aristotelis ad Nicomachum interpretationem hoc semestri, si Deus volet, eodem, quo coepit, filo pertexet. Singulos quoque, modo justus Respondentium numerus faverit, sive publicis sive privatis disquisitionibus submittet, aliasque vel hujus vel alterius eximii argumenti exercitationes adjiciet. [...] Docet hora IX., Wintersemester 1668/1669

[...] Domi Venerabilis Collegae Dn. D. Cellarii Politicam ex Aristotele potissimum erutam, ac ad praesentem Imperij Romani statum multis in locis accomodatam, explicabit, aliis item Studiosorum Iuvenum desideriis, quam primum ea intellexerit, neutiquam defuturus., Wintersemester 1668/1669

[...] Domi quoque suae studiosos Cives in Moralibus, & Politicis, prout ipsorum ratio feret, porro exercebit., Sommersemester 1669

Henricvs Vffelmannvs absolvit, uti promiserat, Aristoteli ad Nicomachum Operis interpretationem; ejusdemque singula capita disquisitionibus publice excutere, accuratiusque examinare, haut ita pridem orsus est. Hanc igitur operam impigre deinceps continuabit: qua & ipsa feliciter finita, aureos Tullij de Officijs libros magno studio explicare decrevit. [...] Docet hora nona., Sommersemester 1669

Henricvs Vffelmannvs ad promissam Tulliani de Officiis opusculi explicationem, cui inchoandae aestivum semestre non suffecit, protinus se conferet, ex illoque jura societatum, quae utroque Reipubl. tempore, & Pacis & Belli, homini homo natura debet, pro virili sua tradet. [...] Docet hora nona., Wintersemester 1669/1670

[...] Domi Auditores in Civili quoque scientia fideliter exercebit: insimul & disputaturis sive publice sive privatim operam suam offert, ac pollicetur., Wintersemester 1669/1670

[...] quin & universa Prudentiae Civilis capita, succinctis Dissertationibus comprehensa, publice excutienda proponet., Sommersemester 1670

[...] Privatim Nicomachiorum Volumen, si his, qui id expetierunt, plures alii se adjunxerint, explanandum denuo suscipiet: [...], Sommersemester 1670

Henricvs Vffelmannvs posteaquam primum Ciceronis de Officiis librum, praemissa in istud Opusculum & universam Stoicorum Philosophiam introductione, paulo prolixius ob rerum & ubertatem & difficultatem exposuit, deinceps duos reliquos ordietur, & hoc semestri, Deo benigne adspirante, absolvet. [...] Docet hora nona., Sommersemester 1670

Henricvs Vffelmannvs simul atque tertium Tullij de officijs librum absolverit, quod propediem fiet, singula Philosophiae Moralis capita compendiario quidem, sed dilucide ac plene persequetur. [...] Docet hora nona., Wintersemester 1670/1671

[...] Domi itidem Aristotelis ad Nicomachum Opus interpretabitur & promissas nuper Exercitationes Politicas sine mora divulgabit., Wintersemester 1670/1671

Henricvs Vffelmannvs praeter ea, quae nupero Academicarum praelectionum indice receperat, παράδοξα Stoico- Tulliana absolvit, morumque disciplinam de integro acroamatice tradere coepit: ita quidem, ut praecipua ad calamum dictaverit, obscuriora uberius viva voce edisseruerit; omnia vero sub publici examinis incudem protinus revocarit. Eadem igitur methodo deinceps progredietur strenue, &, si pluribus laboribus suffecerit proximum semestre, Epictetum publice interpretabitur. [...] Docet hora IX. , Sommersemester 1671

[...] Domi quoque ad Civilem Prudentiam judicio arbitrioquesuo explanandam animum convertet, [...], Sommersemester 1671

[...] nec vel publicum [...] per intervalla exercitium intermittet., Sommersemester 1671

[...] vel privatum per intervalla exercitium intermittet., Sommersemester 1671

Henricvs Vffelmannvs quamdiu Magistratum gerit bis singulis hebdomadibus publice docebit: eo ubi abierit omnibus, quibus oportet, diebus officium faciet, Moralisque Philosophiae acroamaticam synopsin dictando, differendo, & disputando absolvet. [...] Docet hora IX., Wintersemester 1671/1672

[...] Privatim eos qui volent, in Politicis tum examinando, tum disputando exercebit., Wintersemester 1671/1672

[...] Inde in gratiam eorum, qui pronuper ad nos ventitarunt, B.D. Cellarii Tabulas Ethicas viva voce explanabit, & pro re nata publice disputabit. [...], Sommersemester 1672

[...] Privatim Moralem Summistarum Philosophiam edifferet, Jurisque Naturalis & Gentium principia a pravis Jesuitarum quorundam, novorumque Casuistarum, corruptelis vindicabit., Sommersemester 1672

Henricvs Vffelmannvs de Justitia & Jure, Prudentia, & Amicitia quae docenda supersunt brevi σὺν τῷ θεῷ pertexet. [...] Docet hora IX. , Sommersemester 1672

[...] Privatim simul atque moralem Casuistrarum doctrinam absolverit, ad Politicen revertetur, hanc quoque succincte expositurus, nec disputandi per intervalla exercitium neglecturus., Wintersemester 1672/1673

Henricvs Vffelmannvs cum hactenus diligentissima atque exactissima ratione Morum Scientiam tradiderit, deinceps levi ac simplici via ad eandem alios, qui nuper ad nos sunt profecti, perducet. [...] Docet hora IX., Wintersemester 1672/1673

Henricvs Vffelmannvs in compendiaria Philosophiae Moralis tractatione, quam ad insignem de Justitia & Jure doctrinam deduxit, pertexenda perget: atque ubi eam absolverit, dicta pariter & dictata publicis sine auditorum impendio habendis exercitationibus submittet. [...] Docet hora nona., Sommersemester 1673

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

[...] Privatim illustre Aristotelis ad Nicomachum opus succincte interpretabitur, Politices quoque cultoribus sive in privato, sive in publico, auditorio operam suam daturus., Sommersemester 1673

Henricvs Vffelmannvs selectiores utilioresque Moralis Scientiae controversias publice expediet. [...] Docet hora nona., Wintersemester 1673/1674

[...] Privatim acroamaticum Philosophorum Principis de vita & moribus volumen, quod per alias occupationes nondum, ut promiserat, auspicari potuit, succincte explanabit. Politicis quoque & disputatorijs exercitiis pro re nata & desiderio Auditorum vacabit., Wintersemester 1673/1674

Henricvs Vffelmannvs ad Porticum conferet gradum, & patefacto ad eam Auditoribus brevi introductione aditu, gentilium sapientissimi Epicteti enchiridion praelectionibus publicis illustrabit. [...] Docet hora nona., Sommersemester 1674

[...] Domi tum librorum Nicomachiorum , tum exercitationum Politicarum telam, quo dudum exorsus est, filo trimestri proximo cum Deo pertexet: atque utrislibet sive in privato, sive in publico, auditorio ad disputandum uti cupientibus operam strenuam perhibebit., Sommersemester 1674

Henricvs Vffelmannvs Epicteti enchiridion propediem absolvet. Tum Marci Tullii de Officiis libros praeleget, non propter dicendi elegantiam, sed Civilis doctrinae copiam: ex iis namque jura illa, quae utroque Reip. tempore & pacis & belli homo homini debet edisseret. [...] Docet hora IX., Wintersemester 1674/1675

[...] Domi Aristoteleum octo Politicorum volumen, vel B. Dn. D. Cellarii Politicam, aut alium ejus argumenti libellum, arbitratu Auditorum, explanabit., Wintersemester 1674/1675

[...] Privatim tum Civilem, tum Moralem scientiam retractabit. Auditoresque suos examinando, &, si collibitum ipsis fuerit, disputando strenue exercebit. In provectiorum insuper gratiam summi viri Hugonis Grotii de jure belli & pacis memorabile opus explanare pro virili annitetur., Sommersemester 1675

Henricvs Vffelmannvs superiore semestri post Epicteti enchiridion Plutarchi quoque libellum, cujus inscriptio, quo quis pacto se in virtute proficere animadvertat; pariter & paradoxa Stoico-Tulliana absolvit. Quae causa est, cur promissam librorum de officiis non auspicari potuerit: eam vero jam nunc sine ulteriore intercapedine cum Deo ordietur, gnaviterque urgebit. [...] Docet hora nona., Sommersemester 1675

[...] Privatim de novo tum moralis tum civilis prudentiae scholam explicare, varii denique argumenti disputationes publice excutiendas proponere non intermittet., Wintersemester 1675/1676

Henricvs Vffelmannvs Tulliani de officiis opusculi interpretationem anno hoc vertente, cum Deo, pertexet. Tum Laelium, vel de Amicitia, libellum explanabit, & promissum dudum de jure quo homo homini in sermone obligatur tractatum emittet. [...] Docet hora nona., Wintersemester 1675/1676

Henricvs Vffelmannvs tradita hactenus Philosophia Stoica & Tulliana, ad Peripateticam revertetur, decem Aristotelis ad Nicomachum libros succincte explanaturus, omniaque moralis scientiae capita, selectis thesibus comprehensa, publica disputationum tritura excutienda propositurus. [...] Docet hora nona., Sommersemester 1676

[...] Privatim exercitia examinatoria tum in Ethicis tum in Politicis strenue urgebit, aliisque studiosorum juvenum desideriis, quae jam tum intellexit, haut deerit., Sommersemester 1676

Henricvs Vffelmannvs Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum analysin, ad quintum usque librum qui est de Justitia & Jure nuper fere productam, viva voce continuabit, & hac bruma Deo annuente absolvet. [...] Docet publice hora IX., Wintersemester 1676/1677

[...] Domi quoque Hugonis Grotii de Jure Belli & Pacis memorabile opus explanare, & praeter alia exercitia propediem absolvenda, & denuo ut recepit inchoanda, de selectis argumentis tum Ethicis tum Politicis subinde disputare gnaviter progredietur., Wintersemester 1676/1677

Henricvs Vffelmannvs ad aliam licet Spartam non sine divino Numine excitus, quoad tamen hic commorabitur, demandati muneris fui partes publice [...] haut segniter implebit, & insignite de jure & favore necessitatis de sanctiomonia Principum, aliisque selectis argumentis propediem disputabit., Sommersemester 1677

[...] demandati muneris fui partes[...] privatimque haut segniter implebit, & insignite de jure & favore necessitatis de sanctiomonia Principum, aliisque selectis argumentis propediem disputabit., Sommersemester 1677

Henricvs Vffelmannvs D. Institutiones sacras dn. D. Hildebrandi explicando, disputando, & examinando absolvit. Deinceps igitur si per abitum, quem mediatur, licebit Theologiam moralem eadem qua biennium abhinc methode pertractabit., Sommersemester 1677

Dissertationen (40)

De Sanctimonia Principum Dissertatio Politica, 02.05.1677. VD17 23:248116S

De Legatis Disputatio Politica, 1677. VD17 12:146052W

De Conscientia Dissertatio Ethica, 09.09.1676. VD17 12:162935U

Aristotelis Ethicorum Nicomachiorum Paratitla, 14.10.1676. VD17 23:252145F

De Affectibus In Genere Theses Morales, 27.02.1675. VD17 14:677228H

De Iure Naturali Gentium Et Civili Dissertatio Moralis, 31.10.1674. VD17 3:021939E

Theses Quas E Philosophia In Primis Practica Selegit, 19.11.1673. VD17 23:232669V

De Iure Talionis Exercitatio Moralis, 30.06.1671. VD17 23:247057R

De Simulatione & Dissimulatione Exercitatio Moralis, 30.11.1671. VD17 12:164068W

De Gradibus Laesionum Exercitatio Ethica, 30.01.1669. VD17 23:248087Q

De Virtute Heroica Disputatio Philosophica, 06.05.1668. VD17 23:688679C

De Platonis, Aristotelis, Stoicorum, Et Epicuri Philosophia Morum Doctrinaeque Aristoteleae Praerogativa Exercitatio Philosophica, 20.06.1668. VD17 23:247031G

De Mensura Pretii Rerum Et Re Numaria In Repub. Recte Constituenda Dissertatio Politica, 14.11.1668. VD17 1:005413E

De Praedicabilibus Disputatio Philosophica, 30.04.1662

De Recta Ratione Exercitatio Philosophica, 07.12.1667. VD17 23:326220V

Disputationem I. Libri Primi Moralium Aristotelis Ad Nicomachum, 28.03.1666. VD17 23:681619H

De Iure Quo Homini Homo In Sermone Obligatur Exercitatio Prima, 28.02.1667. VD17 1:012991K

De Homagio Sive Iureiurando Quo Subditi Imperantibus In Republica Obligantur Disputatio Politica, 26.06.1675. VD17 23:251701C

De Duellis Exercitatio Academica, 23.09.1676. VD17 1:005766B

De Principiis Actionum Moralium Exercitatio Moralis, 09.05.1674. VD17 12:161376R

De Quaestionibus Quibusdam Selectis Moralibus Exercitatio Academica, 18.12.1676. VD17 32:667786F

De praedicabilibus, 30.04.1662. VD17 7:699447Q

De principiis actionum moralium, 09.05.1666

De jure quo homini homo in sermone obligatur, 28.02.1667. VD17 1:012991K

De recta ratione, 07.12.1667. VD17 12:164064R

De Platonis, Aristotelis, Stoicorum et Epicuri philosophia morum doctrinaeque Aristotelae praerogativa, 20.06.1668. VD17 23:247031G

De mensura pretii rerum et re numaria in republica recte constituenda, 05.12.1668. VD17 1:005413E

De gradibus laesionum, 30.01.1669. VD17 23:248087Q

De jure talionis, 30.06.1671. VD17 23:247057R

De simulatione et dissimulatione, 30.11.1671. VD17 12:164068W

Theses e philosophia imprimis practica, 19.11.1673. VD17 23:232669V

De jure naturae, gentium et civili, 31.10.1674. VD17 3:021939E

De affectibus in genere, 27.02.1675. VD17 14:677228H

De homagio sive jurejurando quo subditi imperantibus in republica obligantur, 26.06.1675. VD17 23:251701C

De conscientia, 09.09.1676. VD17 12:162935U

De duellis, 23.09.1676. VD17 1:005766B

Aristotelis Ethicorum Nicomachiorum paratitla, 14.10.1676. VD17 23:252145F

De quaestionibus quibusdam selectis moralibus, 18.12.1676. VD17 32:667786F

De legatis, 30.04.1677. VD17 12:146052W

De sanctimonia principum, 02.05.1677. VD17 23:248116S

Beteiligung an Dissertationen (4)

Respondent in: Adversus exercitationes paradoxicas Petri Gassendi, 06.07.1665. VD17 23:234171X

Respondent in: Quis sit philosophiae moralis genuinus auditor?, 23.07.1665. VD17 23:251930A

Respondent in: Exercitationibus ethicis ad Nicomachiorum volumen praemissum, 07.03.1669. VD17 23:252464C

Respondent in: Heinrich Rixner (Präses): Disputatio inauguralis De certitudine gratiae dei, et remissionis peccatorum , 16.07.1674. VD17 23:251665S

Reden und Programme (5)

Heinrich Uffelmann: Programma Feriis Natalitiis Domini Et Servatoris Nostri Jesu Christi. VD17 23:232667E

Heinrich Uffelmann: Programma In Funere Maximè Reverendi, Amplißimique Viri Dn. Balthasaris Cellarii S. Theologiae Doctoris, ..., 29.09.1671. VD17 23:261080N

Heinrich Uffelmann: Programma Exercitationibus Ethicis, ad pulcherrimum Nicomachiorum Volumen publice instituendis, praemissum, 07.03.1669. VD17 23:252464C

Heinrich Uffelmann: Oratio Adversus Exercitationes Paradoxicas Petri Gassendi Viri Clariß. ... Adjectum est Programma Lectionibus publicis praemissum., 05.06.1666. VD17 23:234171X

Heinrich Uffelmann: Programma De Quaestione Illa: Quis sit Philosophiae Moralis genuinus Auditor?. VD17 23:251930A

Zitierhinweis

Prof. Heinrich Uffelmann. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal

zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: https://uni-helmstedt.hab.de/prof-227-uffelmann [18.11.2026]